

L. 44, 5.

(x2000661)

I.

Wg  
115

# DE NOMINE RVTHENI

QVO  
ILLVSTRISSIMA GERMANIAE FAMILIA

GAVDET  
EXERCITATIO

QVAM  
IN ACADEMIA IENENSI  
EX CONCESSV  
AMPLISSIMI COLLEGII PHILOSOPHICI

PRAESIDE  
M. HENRICO SIGISMVND  
MARQVAR TO

SLAIZA-VARISCO

DISCEPTATIONI PUBLICAE SVBIICIET  
IO. CAROLVS FRIDERICVS A KOPPY  
EQVES VARISCVS

A. ET R.


MENSE IVNIO A.O. R. cIc Ic XCI.

— — — —  
IENAE  
EX OFFICINA NISIANA.

L.2.







I. N. I. C.

**A**nus circumactus est, cum eruditio-  
nis, quamlibet exiguae, in A-  
cademia partae argumentum pu-  
blice expositurus, non aliunde id re-  
tius peti posse existimabam, quam ex histo-  
ria patria, obscuriuscula quidem illa implica-  
taque, sed oppido multis referta memorabi-  
libus. Turpe enim uero fuerit, terrarum  
alio sub sole calentium, susque deque habitis  
patriis, delitias sciscitari. Quod autem res  
inter domesticas illustrissimi comites Ruthe-  
ni, velut pulcherrimum Orionis sidus emine-  
rent, ad stemma illorum, Eois Hesperiisque  
plagis noctum, quæque in isto memoratu ha-  
bentur digniora, replicandum iure merito  
pelliciebar. Itaque tunc causam, cur inde

A 2

ab

ab aliquot sæculis , raro exemplo , omnes ex  
 hac familia sati potioris sexus , HENRICI  
 nomine vocentur , quantum pote , indagaui ,  
 pollicitus , me cognomen RUTHENI alia , si  
 qua fors adfulserit , occasione discussurum ..  
 Sed spississima per remoramenta , quod enixe  
 volebam , præstare nondum potui . Nunc  
 ergo , stat , ruptis obstaculis fidem liberare me-  
 am , atque disquirere , vndenam & quo tem-  
 pore nomen RUTHENI præcelsæ illi profa-  
 piæ hærere cœperit . Verum hoc agenti mihi  
 multa deesse & deprehendo & doleo . Pluri-  
 mum proinde abest , vt arbitrer , pro dignitate  
 argumentum hoc a me tractatum , aut ab erro-  
 re omni satis cautum iri . Quei poterit hoc  
 a me fieri , a monumentis ita deserto ? Lapsi-  
 bus igitur meis vt & ignorantiae , in tam dui-  
 bia atque difficiili materia veniam impertitu-  
 ros esse omnes æquos bonosque lectores , spe-  
 ro equidem atque adeo confido .

DE



2 (5) 58  
DE  
NOMINE RVTHENI

QVO  
ILLUSTRISSIMA GERMANIAE FAMILIA  
GAVDET EXERCITATIO.

- I. Ab eminentia illustriſſiuæ familie Ruthenica incipendum. II. Origo illius antiquissima, sed incerta. III. Ad Romanos a multis refertur. eorum fundamen-tum. IV. In prouinciis subactis aduocatos constitue-bant Romani. V. Drusi in impugnandis Germanis felicitas certa. VI. Incertum, quo usque pertigerit. Fabritius, Bruschius, Albinus, Zeilerus hic facientes. VII. Indubia illustrissimorum Ruthenorum dignitas. encomium Andreae Knichen. VIII. Vnde nomen Rutheni? nihil certi heic definiri potest. IX. Variis modis nomen illud & germanice & latine effertur. X. Quo tempore cœperit? XI. Diversæ circa sca-turiginem eius detegendam Autorum opiniones. num a longitudine corporis? XII. quæ illustrissimis Ruthenis quasi domestica. obiter de notis genitiuis. XIII. Refellitur sententia ista. XIV. Potius a Russia derivandum. quæ vero eius fuerit occasio, non una Scriptorum mens. XV. Zeileri recensetur. XVI. Peccensteini vero similior videtur. XVII. De expeditio-nibus sacris ὡς ἐν παραδίδω. Baclerus laudatus. XVIII. Dubium contra Peccensteinii sententiam dilutum quadantenus. XIX. Relinquitur tamen cuius liber-tas suo super bac re abundandi sensu. XX. Concludi-tur cum voto dissertatio.

A 3

Cogno-



**C**ognomentum Rutheni, quo illustrissima aliquia Germaniae familia, a tot sæculorum decursu, sueuit insigniri, paullo sollicitius consideraturo, initium operæ faciendum est a magna heroicæ illius prosapiæ eminentia, magno, qui ad ultimos usque terrarum sinus distractus est, splendore, dignitate magna: quod sic lux amplior tractationi obscuræ adfundī posse videatur.

§. II. Veteres in atriis ceras, fumosasque maiorum imagines longa ostendere serie potest, ut exordia eius, quod plerumque rerum magnarum fatum est, propter longinquam æui intercapedinem incerta noscantur; aliis, Aventino, Basilio Heroldo ad Germanos, Guelphos nimirum ea referentibus, ad Romanos aliis.

§. III. Qui Romanis cretos illustrissimos comites Ruthenos autumant, in scenam pro arguento adferunt verba Tabularum a Friderico II. Siciliæ Rege anno CLO CC XXXII. ad portum Naonis in Carinthia conscriptarum. habent vero illa sese hunc in modum: *Notum facimus omnibus Christi fidelibus, quod nobiles Domini de Plauen, nostri & sacri Romani imperii aduocati, & tum temporis exercitus nostri summi capitanei, Henricus senior & Henricus iunior, strenui milites, ex nobilissima*

6

¶ antiquissima prosopia Romanorum veterum ortis  
 & progeniti. adde quæ sequuntur. Dicunt igitur,  
 illos ex Columniorum stemmate prosatos angu-  
 stiis domesticis non contentos, laxius virtutis me-  
 ritorumque spatum quæsiuisse, &, ut sua trophæa  
 exterorum inscriberent columnis, cum Drusii Ger-  
 manici exercitu in Germaniam migrasse, belloque  
 feliciter confecto, Prætorum seu Aduocatorum,  
 vel etiam locum tenentium munia, ex iussu Dru-  
 siano, ibidem obiisse.

§. IV. Quod vt explicatius commemoretur,  
 sciendum est, apud Romanos, mundi domitores,  
 consuetudinem tenuisse olim, vt in prouinciis  
 sub iugum redactis castella exstruerent, constitu-  
 tis ibi Aduocatis, qui iuri reddundo aduigilantes  
 cauerent, ne gentes domitæ agerentur in trans-  
 uersum. Sic per Rheni ripam quinquaginta  
 amplius eiusmodi præsidia atque custodias dispo-  
 sitas fuisse, florentissimus Historicorum Florus  
 auctor est non proletarius lib. IV. cap. vlt.

§. V. Illud certum & inconcussæ veritatis,  
 Drusum propitio plane Marte Germanos impu-  
 gnasse, eosque adeo vexasse, vt non modo cognos-  
 men inde ipsi adhæserit, teste Ovidio Fast. I.

*Et mortem & nomen Druso Germania fecit  
 verum etiam victiarum celeritate frequentiaque  
 tantum*

tantum illis incusserit metum, vt vel ad nomen eius auditum ouicularum instar, quas fulmen aliquod e cœlo missum exterruit, trepidarent co- horrescerentque. Vnde traditur, ab ipso morborum genus, quod Medicorum filii die Drüsēt adpellant, nomen traxisse, eo, quod Germanis fū- nus fuerit, atque ea pestis, qua nulla vñquam te- trior, perniciōsior, fœdior,

— — — Quotcunque sinistro  
Styx genuit fætu:

vt in proverbium abierit: *Vt Te Drusus perdat;*  
*vñitataque nonnullis Germanica imprecatio hinc*  
*manauerit: Dass dich die Drüsēn ankommie.*  
*Quorsum legas licet Spangenb.* Chron. Mansf. cap.  
*XXVIII.*

§. VI. Sed quo usque bella huius Drusi in Ger- mania ruerint, & an terram illam, 'quæ Voitlan- dia seu prætoriana vocari adsolet, occupauerit, in occupata propugnaculum, quod Voitsberg vul- go dicitur, condiderit, conditumque istud Roma- nis prætoribus, seu aduocatis, hodie dictis Ru- thenis, commiserit, ea fini, vt illud cum subiecto sibi terræ tractu defendenter, iustitiamque admi- nistrarent; id vero est, de quo Auctores multi e- sunt in alia omnia, vt prope quot capita, tot & opini-

opinionum ac sententiarum diuortia deprehendas.  
 Fabritius lib. VII. p. 778. *de orig. Sax. Veterem*, in-  
 quit, *ibi Nariscorum sedem fuisse verisimile est, sed*  
*quid in illis locis egerint Romani, vere affirmari non*  
*potest.* Bruschius *in descriptione Pinifer.* negat, & ad  
 rauim vsque pernegat, Romanos in has terras  
 vnquam pedem intulisse, tantum abest, vt illas  
 occupauerint. Confer sis Albini *Chron. Misn.* p.  
 201. Dresserum *de Vrbb.* p. 493. Zeiler. *Itinerar.*  
*Germ.* p. II. Quæ de propagine familiæ Colum-  
 nesiaæ produntur, Cyriacus Spangenberg l. I. cap.  
 II. f. 26. & Volateranus l. XXII. quos Zeilerus *Con-*  
*tin.* *Itiner.* cap. IV. p. 62. 63. laudat, in dubium vo-  
 cant.

§. VII. Ceterum sit de eo quicquid sit, hoc o-  
 mni caret dubio, illustrissimos comites Ruthenos  
 ex antiqua maxime stirpe ortos Aduocatos pri-  
 mum egisse; vndeunque etiam dignitas illa ad  
 ipsos fuerit deuoluta: certe Henricum Aucupem  
 cœnobio Quedlinburgensi quosdam ex illorum  
 maioribus cum hoc charactere præfecisse, in *de*  
*Henrici nomine* ex Alberto Kranzio ostensum iui.  
 Eo vid: Andreas Knichen, cuius nomen diffusius  
 est, quam vt elogio vlo possit comprehendendi, *de*  
*iure Territorii cap. IV. n. 474.* quidpe qui exerte  
 dicit, dignitatem illam Aduocatorum penes solos

Illustrissimos Ruthenos remansisse. Deinde & id certum, quod a Sigismundo Imperatore ad dignitatem principalem euecti fuerint, collato ipsis Buggrauiatu Misnensi; quod in comitiis habeant ius suffragii, & consideant in Principum scanno; quod, vel ipsa fatente inuidia, eorum res gestæ ferme maiores sint, quam fama feruntur; quod deniq; quod tamen primo dictum oportebat, arduas olim expeditiones in Tartariam & Russiam, vnde & Ruthenos dictos esse putant multi, suscepint.

§. VIII. Nimirum est nunc, ut in rem veniam, visurus, qua forte de causa Rutheni adpellatio illustrissimæ illi familiæ sit accommodata; cum, tacente historia, certo & definite assignari nequeat. In quæstione enim facti, vbi testimoniorum auctoritate destituimur, non potest scientia dari ἀναμφισβίτητ<sup>ς</sup>. Supersunt conjecturæ, in quibus nemini quicquam obtrusum volo; sed a quo quis doceri expeto. Sicut autem libertas coniecturis magna fortasse debetur: ita rationum momentis magis aut minus probabiles eas reddi, inter omnes constat. Quænam igitur de origine nominis illius circumferantur sententiae, & pro qua firmius videatur pugnare argumentorum robur, est hic disquisitu opus.

§. IX. Non abs re vero erit, si ante, quam hoc agam,

agam, indicem, quot modis nomen illud soleat efferri, nam hoc etiam in primis interest intelligere. In antiquis monumentis videas illud germanice scribi iam Rūze / mox Rūzo / nunc Rūzin / alibi Rūsse: hodie autem non aliter nisi Reusse pronunciatur scribiturve. Latine sonat Russus, Ruthenus & Rutho. quanquam Wiguleus Hundius in *collectaneis historicis part. II. Genealog. Bauarici* ( quem locum ἐν ἀνεῳ χάριτος debo celeberrimo Sagittario nostro ) in eorum vicem vata tur vocabulo Ricceni.

§. X. Quantum consequi coniectura licet, nomen hoc saeculo tertio decimo primum in illustre illud stemma receptum fuisse, vero per quam simile est. Certe ante id tempus vsu istud inuauisse, ex nullo fide digno documento, quod ego sciam, probari potest. Evidemt Georgius Ruxnerus in *libro Torneamentorum commemorat*, Brunswigæ anno 15 CCCCXCVI. Philippum Ruthenum, Dominum de Plauia, sub Ludolpho Marchione Misniæ; Göttingæ anno 15 CXIX Gvilielmum Baronem de Gera; Noribergæ 15 CC IX Henricum Ruthenum cum aliis personis illustribus, ludicra certamina celebratum, se stitisse: ceterum bene est, quod in Ruxneriana collectione ac descriptionis contextu multa desiderari, eruditæ, ut

folet, ostendit Iureconsultus & fugientium littarum stator celeberrimus, D. Georgius Schubartus, patronus ac præceptor meus cum cura obseruandus, in eruditissima *de ludis equestribus* commentatione. Ut adeo refellendis Ruxneri commentis dare amplius operam, sit operam pariter & tempus ludere.

§. XI. Eruderandæ nominis Rutheni origini qui insudauerunt, in partes scinduntur. A proceritate corporis insigni illud arcessi debere, a multis creditur, &, ut sic loquar, γυμνὴ κεφαλὴ afferitur: ut ita Reuß idem notet ac Rieß. quod plerique huius familiæ magnitudine tantum non gigantea fuerint olim, & sint etiamnum.

§. XII. Scilicet est hoc illustrissimis Ruthenis peculiare, & quasi nota, quam Politici vocant, genitiua, ut ex illorum satu qui prodeunt, in statutram vt plurimum surgant excelsiorem. Vbi velut in transitu non possum non saltim verbo notare, Seleuci familiam notam generis naturalem anchoram habuisse; id quod Iustinus *libro XV. cap. IV.* inculcatum it. Quæ circa Augustum hoc nomine veniunt consideranda, excussit Suetonius *c. LXXX. De Austriacis Archiducibus* Theodorus Hopink in tractatu *de notis naturalibus, gentiis & gentilitiis* §. VI. num. 8.9. & 10. Est rarum, inquit,

inquit, singulare ac notabile in Austriacorum principum familia mento nasci oblongiore prominentiore que, non tamen indecenti, sed cutus forma vultum Principis graui quadam maiestate decoret, intuentibusque reverentiam concitet, eaque tam genuina his principibus a proavis atavisque nota est, ut preter masculos fere omnes etiam feminæ plurimæ hac insigniantur. Est autem mentum oblongius pii, placi di, constantis & minime perturbati animi indicium. Quo magis scutica dignus censeri debet Gallus ille, qui vsque eo frontem perflicuit, vt scribere non erubescat: *Leopold prince assez bien fait, mais qui a des grosses leures.*

§. XIII. Sed hæc extra viam. Non enim animus mihi est, de notis illis gentilitiis differere. Redeundum est, vnde abii. Eximiæ, qua præ aliis illustrissimi Rutheni sunt, longitudini corporis, natales suos nomen, de quo agimus, debe re, credat, qui volet; ego vix crediderim. Enim vero fonte longe alio, regione videlicet aliqua illud esse corriuandum, indicio satis manifesto est, quod Henricus Dei gratia (quo eminentiæ principalis axiомate olim semper fulsere) aduocatus de Plauen, duos filios testes quam in rem vocans, alterum illorum Henricum dictum Bohemum, alterum Henricum dictum RVSE ad-

pellauerit; dubio procul inde, quia alter in Bohemia, in Russia alter aliquamdiu, bellandi ergo, commorati fuerunt. Dn. Becklerus in *illustri Stemmate Ruthenico* de hoc videatur p. 256.

§. XIV. Ac profecto per est verosimile, quod sicut ex Prussia & Pruthenia, Prussus & Pruthenus, quemadmodum ex Mercatore & aliis Geographis videre est, manant: ita a Russia ac Ruthenia Russus Ruthenusque resultent. Sed quæ eius occasio fuerit ac causa, id forsan definitu est difficilius, quod Auctores, qui hac de re sparsim commentati sunt, sententiis inter se mutuo differant.

§. XV. Martinus Zeilerus in libro *de X. Circ. Imp. Tit. V. Sax. sup.* p. 297. illud exinde factum retur, quod non nemo illustris illius familiæ munere interregis in magno ducatu Russiae functus fuerit quondam. Sed vix aliquid solidi subest huic opinioni.

§. XVI. Felicius originem illius rei videtur pandere Laurentius Peccenstein; cuius quidem, ut non omnia placita mea velim facta, sic in hoc prope a vero eum abesse opinor, quando *Theatri Saxonici capite XVIII.* p. 264. (lubet autem, quæ ille prolixius enarrauit, in compendium mittere) ita differit: *Cum Friderici II. Imperatoris*

*tem-*

tempore anno c. CCXXVIII. instincu Pontificis,  
 expeditio in Palæstinam institueretur, pugnatum ad-  
 uersus Saracenos; illi etiam Aduocatus de Plavven,  
 quæ erat heroica eius mens, se ad sociabat: sed post-  
 quam infelici velitatione cum Saracenis expertus es-  
 set, ab iis captus decennio post negotiatori Russo ven-  
 debatur: Russis autem cum Tartaris configentibus;  
 ab his denuo capiebatur, & cum iam per longum tem-  
 pus cum fortuna iniquiore luctatus esset, tandem di-  
 spositu cœlesti, libertati redditus in aulam Friderici II.  
 vestitu Russico amictus redibat: a quo & comiter  
 excipiebatur, & clementer habebatur. Interibi cum  
 ab Imperatore, tum ab aulicis a vestimenti habitu  
 Russus (der lange Reuß) cognominatus est; id  
 quod cognomenti vel ab ipso in extremis litterarum  
 scriptum legitur: diffusorem rei seriem præter Pec-  
 censteinium etiam dabunt Dn. Becklerus libr. cit.  
 p. 40. & seq. nec non Europäischer Herold p. 338.

§. XVII. Nempe, ut illud obiter heic ad  
 suam, haut vane Pontifices hariolabantur, non  
 licere sibi in Petri patrimonio quietis viuere, nisi  
 per honorificam legationem aut ostracismum  
 quasi quendam Germanos procul ab Italia in  
 Orientem abigerent. Itaque id omni conten-  
 tione operam dabant, ut principes christiani in  
 terram sanctam mouerent, vitam ipsis æternam;

ac per absentiam prouinciis protectionem sancte  
& velut ad aram polliciti. Quod strategematis ad-  
modum feliciter Pontificibus cedebat. Ipsorum  
enim auspiciis exercitus valde numerosi in Syriam  
ducebantur, quibus multi principes, & inter illos  
etiam laudatus modo Aduocatus de Plavven, in-  
tererant. Plura, quæ huc faciunt, expromere,  
vetat præfinitus operæ modus, intra quem coer-  
cenda est industria mea. Interea Lector Boecle-  
rum, Germaniæ quondam & sæculi decus *de pas-  
sagiis*, si commodo est, consulat.


§. XVIII. Sed ad institutum. Ex relatu ergo  
Peccensteinii potuit vtique factum esse, vt nomen  
Rutheni ab indumento Russico , quo Advocatus  
quidam de Plauen, qui diu in Russia detentus fue-  
rat, redux factus speciem Russi præ se ferebat, inole-  
uerit. At vero si quis arguat, Peccensteinium  
fide monumentorum destitui, cum nemo sit ἐκ  
τῶν συγχρόνων, qui illud commemoret : is non  
adeo inepte dubitauerit, nisi velit admittere, pro  
coniectura saltem istud venditari, maioresque no-  
stros potius in gerendis quam annotandis rebus  
fuisse occupatos. Fateri enim cogor, non esse  
quenquam ex vetustis & æqualibus, qui hoc diser-  
te ac liquido adfirmet. quanquam Dn. Becklerus  
loc. cit. putet, ex antiquis Monasterii Bozouiensis  
schedis id confici posse.

§. XIX.

¶ (17) ¶

§. XIX. Ex dictis patet, quod iam tum  
monui, non adeo firma esse, quæ vulgo hinc in-  
de de hoc argumento tradi adsolent. Iccirco cui-  
uis liberum esto, feligere ex variis opinionibus  
& suam facere, quamcunque lubuerit.

§. XX. Ego receptui canens æternum Nu-  
men supplex posco, vt illustrissimam domum  
Ruthenicam, & in ea Filiolos itineribus rectis pa-  
terna ac auita in decora enisuros, omni rerum  
prosperitate donet, quo nunquam ex illa desint,  
qui natalium excelsam originem virtute æquent,  
qui quam maiores gloriam nomini suo armis  
circumfudere, pacis amore conseruent : per quos  
templa niteant : per quos iustitia floreat : per quos  
bonis inuigilantes litteris foueantur. Sacraita  
faxit Trias, & voti me damnatem  
esse iubeat !



ΠΑΡΕΡΓΑ.

I.

PErsuasisfimum habeo, neminem vnquam  
magnum futurum, cui Mathesis non erit  
magna.

C

II. Non

## II.

Non sine ratione vocibus humanis instrumentisque harmonicis musicam auium præhabuit Galliæ olim & litterati orbis Mæcenas, Peirescius; quod de eo scribit Gassendus in *vita ipsius libro VI p. 496.* editionis minoris Hagæ Comitatensis.

## III.

Vtut in Balsacii epistolis præter expromtam linguæ Gallicæ venustatem, etiam multa singularia de rebus litterariis & Autoribus iudicia habeantur; tamen facere non possum, quin hanc eius sententiam tristi littera damnem aut illudam, qua dixit: *Je souffrirois plus volontiers une femme, qui a de la barbe, qu' une femme, qui fait la scauante : Libentius ferrem feminam barbatam, quam literatam.*

## IV.

Mihi semper placuit iudicium, quod Hugo Grotius prolegom. in libros *de iure belli & pacis*

De (19) &

*pacis de Scholaisticis, qui alias, quod in infeli-  
cia & bonarum artium ignara sæcula incide-  
rint, nil nisi rude atque inconditum in illa stili  
scabritie sonant, & magnopere a se inuicem  
dissentient, tulit: In quo ipso, inquiens, diuersa  
tuendi studio laudabile præbent modestiæ e-  
xemplum, rationibus inter se certantes, non,  
qui mos nuper adeo litteras inquinare cœpit,  
conuitiis, turpi fætu impotentis animi.*

V.

*Ex Romanciis neque stilus ecclesiasticus  
neque forensis peti debet.*

VI.

*Exteri ut multa alia in Germanis, ita  
etiam nimium eorum in compingendis libris  
cultum albis dentibus rident. Ioseph. Scaliger  
certe in epist. ad Casaubonum p. 303. *Iste liber,*  
*ait, ( loquitur autem de Sethi Caluifii Chro-  
nico ) ipsius auctoris liberalitate ad me missus  
est, eleganter, ut captus Germanorum est, com-  
pactus, deauratus, pumicatus.**

C 2

VII.



20

VII.

Latinam linguam non colloquiis, sed stilo  
comparandam existimo.

GENERO SO AC NOBILI SSIMO  
IV VENI

IO. CAROLO FRIDERICO  
A KOPPY  
AMICO SVO PERCHARO  
S. D.  
P R A E S E S.

A B eo inde tempore, quo in alnum hoc ar-  
tium sacrarium delatus es, id omni egisti-  
nisu, ut tantum eruditionis instructum TIBI  
parares, quantus & nobili gente ortum dece-  
ret, & patriæ olim ornandæ sufficeret. Ac ne,  
quod hodie nimis quam frequenter fieri adso-  
let, sine præsidio litterarum & cuitu in arduum  
illud legum ac canonum studium irrueres, per  
omnes humanitatis disciplinas vigorem animi  
circumtulisti; ratus, TE iis succinetum felicius

in L.



21 158

in altioribus esse progressurum. Ut stili elegan-  
tioris tentamenta, & notitiam linguarum  
cum epistemonicarum, tum politicarum reti-  
ceam; historiam etiam animo imbibisti cun-  
ctam. Neutquam vero, vulgi more, proxi-  
morum incuriosus longinqua tantum sectatus  
es, sed summæ TIBI fuit voluptati, res quo-  
que patrias mecum, & qui inter illas tan-  
quam sidera lucidiora inter stellas minores ef-  
fulgent, illustrissimorum comitum Rutheno-  
rum stemma perquirere. Cuius laudabilis  
instituti TVI dum nunc specimen publice edis,  
non possum non illud pro eo, ac par est, vehe-  
menter aestimare, TEQUE bonis prosequi o-  
minibus, precatus identidem D EVM, ut porro  
albo, quod aiunt, pede in studiorum studio pro-  
grediaris, & in tutamen ac decus generosæ  
TVAE familie aliquando euadas!



C 3

Allg

**M**rs Carels Kühner Fuß franciscus Hof bes  
trat /

Ließ Dienstbarkeit schon alle Cammern räumen,  
Sie ließ sich allbereit von dessen Knechtschaft träumen/  
Der mit Dienstbarkeit und Freyheit nach beliebtem  
Willen that.

Doch hdrt! wie hat das Joch verspielt?

Ein Kleinod in die Hand gesenkt /

In der des Königs Herze war /

Hat des schlauen Glückes Zügel auff Vergebligkeit  
gelenkt.

Mein Leser / merckst du nicht/wohin die Feder zielt ?

Der edle Koppy macht es klar;

Dieser weiz/das Stand und Adel kaum der Dienst-  
barkeit entweicht /

Wenn Wiz und Tugend nicht aus Band und Fesseln  
steigt/

Minerven reicht Er jetzt ein Kleinod hin /

Das von Seinem Tugend-Triebe die gewisse Lösung  
führt :

**D**er KREUSS EN Nahme ist das Kleinod/das  
ich meyne /

Die Stand und Trefflichkeit mit Gottheits-Cronen  
ziert.

Der Himmel spricht : Ich lobe dieses Blat /

Das mit solchem Tugend-Glisse seinen Raum gefärbet  
hat/

Von welchem ich die Quelle bin.

Dem HochEdelgebohrnen Herren A V T O R I  
zu Ehren setzte es

dessen bey Hn. Professor Posnern  
**S**ämbtl. Tisch- Compagnie.

# Monsieur

On ne reconnoit la véritable noblesse, que par la vertu, & l' erudition, comme remarque fort bien Senec. Ce n'est pas de cette erudition severe, que la plus part de nos Philosophes vantent tant, dont Je pretens parler: mais de cette erudition galante, qui est le partage ordinaire de honnêtes gens: & qui les fait distinguer dans toutes les occasions: & cette belle science ne consiste qu'en la connoissance des affaires du tems, à pouvoir dire quelques bons mots bien à propos, & en des façons de faire agreables: & l'on voit souvent qu'un signe ou un geste fait plus d'impression que les leçons d'un maître severe. C'est ce que vous possédez dans le plus haut degré, Monsieur; & cette savante Theſſe que vous venés de faire & que vous devés soutenir publiquement ne nous en laisse aucun doute: au contraire, elle nous persuade que vous avés bien prevû des vôtres jeunesse que l'homme n'est grand qu'autant qu'il fait, & que celuy qui ne fait rien, est véritablement un monde en tenebre. Croyés moy, Monsieur, une si haute vertu & des qualités si eclatantes ne peuvent demeurer long tems sans être récompensées avec usure, ce que Je souhaite avec passion. Ce sont des voeux, qui partent de l'affection la plus sincere qui fut jamais, & du plus humble de tous vos Serviteur

George Frederic de Borck.



114 115 64

**V**ous avés toujours bien su, Monsieur, que la science la plus noble, & le plus grand ornement de l'homme consiste dans vne intelligence des chose politique & dans vne parfaite connoissance des plus illustres Personages qui represente cete tragicomedie de ce monde. Il observe, & remarque tout ce qu'il ya de grand & d'Illustre dans les Princes qui en sont les principaux acteurs, & en fait comme vne anatomie morale pour en pouvoir juger plus sainement dans la recherche de leur Antiquite, & de leurs actions les plus memorables. C'est en quoy vous avés admirablement bien réussi, dans celle que vous avés faite de la tres Illustre, & tres ancienne Maison des tres hauts, & tres Excellens Seigneurs, Messeigneurs les Comtes de Reüss, & que vous donnes au Publicque, dans la these que vous devés soutenir; ou vous prouvés avec tant de force, & de solidité l' antiquité, & l' origine de leur noblesse: que plusieur volume ne suffiroient pas pour contenir seulement le denombrement des actions les plus heroiques, qu'une infinité de Heros qui en sont sortis ont faites. Quo pede coepisti, fac bene semper eas. Poursuivés comme vous avés commencé: vous allez le grand galop aux plus grandes charges, & au comble de tous les honneurs. C'est le moyen d' immortaliser votre nom, & moy le mien, par l' aveu que Je fais icy d' etre toute ma vie Votre Serviteur

Jean Henri Schlüter.

¶(o)¶

VD 17 M.C.

S. M. 5.

(X2000)

N O M I  
R V T H

Q V O  
ILLVSTRISSIMA GERMANA  
G A V D E T

E X E R C I T A

Q V A M  
IN ACADEMIA IE  
EX CONCESSV  
AMPLISSIMI COLLEGII

P R A E S I D E  
M. HENRICO SIG  
MARQVAR

SLAIZA-VARIS  
DISCEPTATIONI PVBLICA  
IO. CAROLVS FRIDER  
EQVES VARIS

A. ET R.

MENSE IVNIO A.O. R.

I E N N A E

EX OFFICINA NI

